



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvii Ordinis F. Minorum de
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis
neceßarium**

Cambi, Bartolomeo

Coloniae, 1606

De Inuidia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

his, si nobiscum Consideremus.

I. Proprias miseras tam animæ
quàm corporis.

II. Facilitatem in peccatum la-
bendi.

III. Difficultatem resurgendi.

IV. Fraudes & dolos inimico-
rum.

V. Viæ cælestis difficultatem &
angustiam.

VI. Finis ambiguitatem.

VII. Gratix incertitudinem.

VIII. Præmij excellentiam.

IX. Pœnarum infernalium æter-
nitatem.

X. Iudiciorum diuinorum pro-
funditatem.

XI. Christi humilitatem, qui cum
Deus esset, homo fieri dignatus est.

DE INVIDIA.

INVIDIA tres gradus habet.

Primus est. Non gaudere de bonis:
nec contristari de malis proximi.

Secundus est. Dolere de bonis, &
gaudere de malis proximi, propter
odium in illum conceptum.

Tertius est. Proximo malè velle verbis & factis, & bona illius, quantum in nobis est, impedire.

Præterea. Grauis inuidia est, reddere malū pro malo; grauior, odisse illum, qui in nullo te contristauit nec vllam tibi fecit iniuriam: grauiſſima, malum pro bono reddere, & bonos odio prosequi, quemadmodum Iudæi Christum infectati sunt.

Deniq;. Inuidia magna est, offendere proximum in substantia vel existimatione sua: Maior, nocere illi in corpore: Maxima, anime ipsius incommodare.

*Modus eluendi maculam
Inuidia.*

PRIMVS est: Nihil earum rerum, quæ mundus habet, diligere aut desiderare: quandoquidem inuidiæ causa & origo sunt: Hinc namque fit vt qui opibus, honoribus, voluptatibus, alijsque rebus temporalibus affluunt, cæterisque antecellunt, aliorum qui talibus egent,